FRANCISCI ANTONII VIVOLI.

NEAPOLITANI PHILOSOPHI IN ALMO Studio Neapolitano Logicam ac in Sacro Seminario Philoſophiam ordinariè Profitentis.

QVÆSITVM AN DIFFERENTIA SIT SVBSTANTIA Vel accidens ad aures Ariſtotelis, & Auer. Examinatum.

AD ILLVSTRISSIMVM ATQVE Reuerentiſsimum Aſcanium Columnam.



NEAPOLI.
Apud Horatium Saluianum.
M. D. L X X V I.

ILLVSTRISSIMO ATQVE REVERENTISSIMO ASCANIO COLVMNÆ.

Franciſcus Antonius Viuolus Salutem.

SVPERIORIBVS diebus (Illuſtriſsime, & ampliſsime Aſcani) inter eloquentiſsimos, & diſertiſsimos iuuenes Vincentium Galterium ordini religioniq; ue Marię montis virginis integgerimum Sacerdotem adſcriptum, & Iacobum Antonium Martham Neapolitanum, noſtræque academiæ in qua quidem mos patrius eſt aduerſari omnibus ſemper diſputādo, & diligenter diſceptando, admodum beneuolos, & à Philoſophię ſtudijs non abhorrentes; ardua, & difficilis quæſtio de differentia verſabatur, digna quidem eorum ingenij acumine, & animi perſpicacitate, hæc autem erat contentio, qua quidem mirum in modum inter ſe diſſentiebant: Num illa in ſubſtantiæ, vel accidentis categoria reponeretur, qui verò omnium virtutum genere, ornatiſsimi iuuenes communi conſenſu eadem voluntate ad me adeuntes eorum amantiſsimum, vt huiuſmodi quæſiti ſenſum explicarem, & exprimerem, ſummopere me amicè, & beneuolè rogauerunt, & quicquid ipſe mea induſtria, & labore ſentirem ſtudioſè ſe probaturos mihi receperunt, & nunquam ſe fore alienos à mea conſtituta & determinata ſententia: pronto, & parato animo quorum petitioni non contemnendæ obtemperans, nec aduerſari quidem poteram, vt eis, cæteriſque condiſcipulis pergratum facerem, & eo magis quòd officijs nunquam æquiſsimo animo ſuperari ac vinci fero, & cum virtutis gloriam perdulcem eſſe ſentirē, nolui abijcere labores, quin difficillima quæſtionis arcana publicè in noſtra academia, quæ Philoſophis omnibus frequens eſt, exprimerem, & apertè declararem: qua quidem ad finem conſtituta, & ad rationis terminos còducta (cæleſti numine) à quo cælum, & terra miro quodam ordine, & prudentia regitur & gubernatur, & omnibus viuere cómmunicatum eſt, his verò clarius, his verò obſcurius, cum à nullo Philoſophorum grege pertractatam eſſe cognouerim, eam in lucem eddere rationi, & omnium vtilitati & commodo, maximè conſentaneum eſſe putaui: ſed ne alicuius inſigni titulo illuſtrata & decorata eſſe videretur, & præſidio, patrocinioque deſtituta eſſet contemptui inuidis, qui quidem diſertiſſimos prẹmunt, & hi virtute certare nolunt, ſed maledictis obtrectationibus præclara virorum facta delere & antiquare conantur: cum hæc ita ſint, multa mihi cogitanti, quem potiſsimum eligerem in mentem venit, tibi dedicare & conſecrare, vt auxilio tuo vbique tuta obtrectatores, & inuidos non timeret, tibi per optimo

defendendam & protegēdam eſſe duxi, quo duce, & acerrimo defenſore, Aemuli, & inuidi aufugerent obtrectatores contremiſcerent & obſtupeſcerent. O te felicem, tali ſub fauſto ſydere natum quem tuæ prolis celſitas, literarum ſtudium, & tuorum maiorum virtutum monumēta & trophea, & præclara, & magna facinora tui patris decorant, & degenerem eſſe non oſtendunt. Tuus enim pater Turcarum terror vera Romuli progenies ſtrauit, igni & ferro Turcicam claſſem vaſtauit. O vera Columna, ſub qua barbari omnes conterentur: non ſatis mihi eſſet vna dies tui laudandi & ſummis honoribus decorandi, cum ſis moribus probatiſsimis & honeſtiſsimis, & vita non ſolum Numæ Pompilij adequanda tua ſed Xenocrati? Quis te charitate vincit? pauperes omnes nutris & ſuſtentas; dignitate, & animi celſitate maiorem & præſtantiorem, & totius Italiæ æternum decus fore arbitror. tu omnium virtutum academia qui Herculeā quadam audacia orbem literarum aggreſſus, & ferè puer latinam & linguam græcam in eo habes vſu, quo Plato & Demoſthenes, tu verò vitæ exemplar, honeſtatis, & bonorum omnium norma. Quis enim te ſententijs aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior aut elegātior? cum ſis omnibus virtutibus ornatus & præditus, meritò te ſpiritibus cæleſtibus ſimilem eſſe, omnes ſentiunt: meo in te ſingulari ſtudio, & propenſa beneuolentia & his diuini animi tui muneribus compulſus, me tibi in perpetuum deuinctum eſſe & fore poſt hac ſcias, ac tuæ amplitudinis imperio ſemper obſecuturum eſſe, polliceor. Accipias igitur eo animo, quo maiora accipere ſoles has meorum laborum lucubrationes tuo ampliſsimo nomini à primordio conſecratas quas ſi tibi multò gratiores, ne dum gratiſsimas eſſe ſenſero, maiora me tibi dedicaturum promitto. Vale præſidium, & dulce decus meum.

IOANNIS FRANCISCI LOMBARDI
NEAPOL. SACRAE THEOL. DOCT.
de Excellentis VIVOLI ſemigræcanica dialecto ad
peripateticæ diſciplinæ ſectatores.

HEXASTICHON.

VIVOLVS eſt totus viuens; dux omnibus idem,
Eſt vita; vt veſter viuat Ariſtoteles.
Senſa Stagiritæ qui dum declarat ad vnguem,
Arte ſua cogit viuere Ariſtotelen.
Ergo diu viuat, quo viuunt plurima: cum quo,
Et vixit, viuit, viuet Ariſtoteles.

FRANCISCI

FRANCISCI ANTONII VIVOLI NEAPOLITANI PHILOSOPHI quæſitum an differentia ſit ſubſtantia vel accidens.

PRÆFATIO

SÆPE venit in litem inter *Ariſtotelis interpretes, Num differentia ſit ſubſtantia, vel accidens, quod quidem adeò bona ingenia defatigauit, & ad laxitudinem deduxit, vt multi in varias deuenere opiniones: Diuiſione enim tripartita, Quidam dixerunt eſſe accidens ad quam opinionem noſtra omnis non accomodatur oratio, hanc enim opinionem afferunt populo: Quidam verò defendunt eſſe medium inter ſubſtātiam, & accidens, quod dictu quidem eſt procliue, etenim vulgo loquuntur, quod violatum nunc eſt compenſandum: Quidam uerò differentiam aiunt eſſe ſubſtantiā, quod qui tenent plurimum gratiæ apud Ariſt. conſequuntur. Nos autem in veritate diligenda inditum, & diligentiam adhibebimus, & quod cumulatè videbitur eſſe perfectū ſubſtentabimus. Verùm enim verò cum Plato philoſophiæ Pater, & diuinioris ſcientiæ author longe clariſſimus in libro de Mundi conſtitutione ſcriptum reliquit, omnes qui mundo mente conſtent, in rei cuiuſlibet exordio ad numinis opem decurrere conſueuiſſe, & alibi, epiſtola quadam, in omnibus (inquit) quæ vel dicimus, vel cogitamus à Deo glorioſo ducenda initia ſunt, & rectiſſimè id quidem etenim vt tragici coturni Princeps Sophocles prodijt principium rectum compar idem conſequitur finis, & Pythagoras in libro de Vitis philoſophorum, cum inceperis, aliquid bene operari: incipias Deum inuocare, & propter hoc, cum lis quadam de differentia inter quoſdam diſcipulos noſtros verſabatur, cum noſtrum ſtudium, nō requieſcendi cauſa, conſtitutum ſit, hanc quæſtionem propalare auſpicatus ſum. Sed primo Inuocandus eſt omnium, Pater; quo prætermiſſo, ſicuti & Boetius quoque in philoſophica conſolatione cōprobat, nullum ritè fundatur exordium. Cùm ergo ſimus in principio huius quæſiti non erit in conſonum regulam horum præclarium aſſequi virorum: ſi quidem Deum inuocantes, à quo cælum, & tota natura dependet 12. Met. 39. vt meum illuminet intellectum vt inter hos meos diſcipulos, & pro communi utilitate litigantes de hac differentia veritatem, & concordiam inuenire ac ſeminare valeam. Verùm quia ordinem habentia de facili ſunt reminiſcibilia teſte Ariſt. in eo quod de memoria inſcribitur, & reminiſcentia cap. 3. eoq; magis vbi adeſt ordo ibi diſtinctio atque intelligentia oritur, propter hoc talem in dicendo ſeruabimus ordinem. Etenim Primo quæſiti originem, atque differentiæ initium notificabimus. Secundo quoniam titulo minus elucēſcente, de facili à Scopo aberramus; ideo ipſum aperiemus. Tertiò aliorum opiniones, cùm earum confutationibus afferemus. Quartò quænam ſit quæſiti veritas dicemus, eam ex verbis Ariſt. & demonſtratiuis rationibus confirmantes. Quintò rationes, & motiua oppoſitæ partis radicitus euellemus, & hunc ordinem inſectantes ab Ariſt. inſtituto non diſcedemus, qui in omnibus quæſitis, inueſtigandis talem ſeruat ordinem prout ipſum videre eſt in libris logicalibus atq; in ijs qui de rebus ſunt naturæ conſtantibus. ¶ Primum ergo de quæſtionis origine à nobis erat pollicitum, ſed primo locus Ariſt. eſt attingendus. Etenim Ariſt. in libro Prædicamentorum cap. de ſubſtantia proprietatem illam omni ſubſtantiæ communem exponens, ſcilicet nō eſſe in ſubiecto, hæc prodijt verba (Non eſt autē proprium ſubſtantiæ hoc, ſed & differentia eorum eſt quæ non ſunt in ſubiecto) vbi luce meridiana clarius videtur, quòd Ariſt. ſupponat diuerſitatem differentiæ ab ipſa ſubſtantia, verba quæ ſunt tanti momenti, vt quidam ex vna, quidam verò ex alia parte argumenta tanquam arma capiunt, probando differentiam eſſe accidens ex vna, ex altera differentiam eſſe ſubſtantiam, & id quod magis auget difficultatem, atque inter diſputantes maximam diſcordiam parit, eſt ſententia Porphyrij in ſuo libello, qui deſcribens differentiam, deſcribit per prædicari in quale ſic dicens, et ſapienter quidem (Differentia eſt quæ de pluribus, & differentibus ſpecie in eo quod quale quid eſt prædicatur) vbi videtur clarè innuere, quòd cùm differentia prædicetur in quale, non ſit ſubſtantia ſed accidens. Hæc ergo eſt origo, caput, & initium huius propoſitæ quæſtionis de differentia, cuius quidem tanta eſt vis, at nec illi quidē qui maleficio paſcuntur poſſint vlla ſine particula differentiæ viuere, quæ differentia cum multiplex ſit viſum fuit Porphyrio tanquam nomen æquiuocum in ſua ſignificata diſtinguere, ne à more ſolito diſcedat, veluti præceptum eſt Ariſt. 1.*

Diuina inuocatio.

Ordo ſeruandus in quæſtio.

Origo quæſtionis.

cali

multiplex differentia. *cæli 110. quam differentiam tripliciter dictam in ſuis iſagogicis cap. de differentiā, notatum reliquit. Etenim communiter, proriè, & magis propriè differentia dicitur, & in eodem cap. dixit etiam differentiarum alias eſſe facientes aliud, alias verò facientes alteratum, ac etiam alias eſſe ſeparabiles, Alias inſeparabiles prodiji, inſeparabilium autem alias eſſe inſeparabiles per ſe alias verò inſeparabiles per accidens, & non contentus his diuiſionibus, atque ſubdiuiſionibus, ſubdit poſtea dicens, differentiarum alias eſſe generum diuiſiuas, quas vocat ſpecierum conſtitutiuas, quas omnes ſcilicet tam diuiſiuas, quàm conſtitutiuas: ſpecificas nominauit; quibus ergo de differentia ſignificatis ſic ſtantibus, quiſque certus ſit noſtram hanc de differētia diſceptationem, non eſſe de differentia communiter, nec propriè, ſed de differentia magis propriè dicta; quæ ſpecifica, faciens aliud, inſeparabilis per ſe generis diuiſiua, atq; ſpecies conſtitutiua, ſeu vltima, & finalis differentia appellatur. Super eſt modò tranſire ad aliorum opiniones, & earum rationes afferendas tanquam à negotio abijciendas.*

CAPVT PRIMVM.

In quo Aliorum opinio recitatur.

NON poſſum, cùm multa authorum volumina lectitauerim, ſubinde non admirari, tum quod alter alteri repugnat, ac quadam interim nota diſſentit, tum quòd multi, ne aliorum veſtigijs demum inſiſtere videantur; manca, mutilataque, vnde vix veritas elici poteſt, reponunt, & nō numquam aliquid omittunt, hoc iccirco dicto, quòd latinos ſcriptores eminentiſſimos, ac Ariſtotelis ſcrutatores natus; confeſtim oculis percurrere cæpi, ſecus quàm à græcis expoſitoribus ſcriptum legi, differentiam eſſe accidens, & vtebantur his rationibus, quarum primam, eorum iuditio demonſtratiuam dicebant iſtam.

PRIMA RATIO ALIORVM.

¶ OMNIS *ſubſtantia, aut prima eſt, aut ſecunda per ſufficientem ſubſtantiarum diuiſionem, atqui differentia, nec eſt prima, nec iſt ſecunda ſubſtantia: ergo relinquitur cuilibet intelligenti, differentiam nō eſſe ſubſtantiam, maiorē iſti probant per dicta Ariſt. in preſenti cap. de ſubſtantia. minor probatur, & primò, quò ad primam partem etenim differentia non eſt ſubſtantia prima, eò quòd (vt ſapienter philoſophus inferius dicet) à prima ſubſtantia nulla eſt predicatio, quod confirmat primo poſt. 4 & 33. differētia autem prædicatur, vt ipſe met dixit in tex. præallegato, vbi aſſerit; ineſt autem ſubſtantijs, & differentijs omnia vniuocè prædicari: ſequitur ergo clariſſimè dicunt iſti, quòd differentia non eſt ſubſtantia prima: probant ſecundò, quòd differentia nō ſit ſubſtantia ſecunda: Etenim omnis ſubſtantia ſecunda aut eſt genus, aut eſt ſpecies, vt in cap. de ſubſtantia Ariſt. teſtatur, ſed differentia nec eſt genus, nec eſt ſpecies, ergo differentia non eſt ſubſtantia ſecunda, minor probatur, tum quia genus, & ſpecies tanquam ſecundæ ſubſtantiæ, & differentia ſunt diſtincta prędicabilia, teſte Porphyrio; tum etiam quia genus, & ſpecies in recta linea prædicamentali tanquam compoſita ſituantur, differentiæ verò à latere, vt earum principia diſponuntur. ſequitur ergo manifeſtè dicunt iſti noſtri aduerſarij differentiam non eſſe ſubſtantiā.*

SECVNDA RATIO ALIORVM.

¶ AMPLIVS *ſtudioſiſſimè quidem ſuam perſequuntur opinionem ex dictis Ariſt. in cap. de ſubſtantia, vim atque occaſionem ſumentes, ait enim Ariſt. [Cōmune autem omni ſubſtantiæ eſt in ſubiecto non eſſe] paulò inferius dixit [non eſt autem proprium ſubſtantiæ hoc: ſed & differentia eorum eſt, quæ non ſunt in ſubiecto, bipes enim, & greſſibile de ſubiecto quidem quodam homine dicitur: in ſubiecto verò non eſt] ex quibus verbis latè patet, ꝙ mens Ariſt. eſt differentiam non eſſe ſubſtantiam: ſi enim vellet differentiam eſſe ſubſtantiam. dixiſſet ſolùm ſic [non eſt autem proprium ſubſtantiæ hoc] & non addidiſſet (ſed & differentia eorum eſt quæ non ſunt in ſubiecto) hęc quidem maximā videntur agenerare ſuſpitionem cogitandi differentiam in ſubſtantiarum numero minimè collocandam eſſe. ¶ Quod quidem nos confirmantes, dicimus ex eodem Ariſt. in cap. de ſubſtantia: ait enim Ariſt. [Ineſt autem ſubſtantijs, & differentijs omnia vniuocè prædicari] ex quibus Nota, ſi intentio Ariſt. eſſet concedere differentiam eſſe ſubſtantiam, non bis replicaſſet differentiam in vtroque tex. vbi videtur clara mens Ariſt. velle potius differentiam eſſe accidens quàm ſubſtantiam.* *Confirmatio per VIVOLVM*

TERTIA RATIO ALIORVM.

¶ AMPLIVS *qualitatem non eſſe ſubſtantiam teſtimonium adeò eſt verum, quod de falſitate reprehendi non poteſt: quoniam ſunt duo prædicamēta diſtincta, vt in libro prædicamētorum ſituauit Ariſt. ſed differentia, vt quinto met. 19. eſt qualitas, & quinto phy. 18. ſcriptum reliquit. Ariſt. ergo differentiam eſſe ſubſtantiam, & non accidens aſſerere pura videtur inſania.*

QVARTA RATIO ALIORVM.

¶ RVRSVS, *& vltimò arguunt in eadem opinione iſti perſeuerantes, ſic aſſerentes: id quod prædicatur in quale eſt accidens, teſtis eſt Porphyrius cap. de differentia clarius tamen in cap. de genere (vt nos in noſtra expoſitione annotauimus) atqui differentia prædicatur in quale, vt docet Ariſt. 4. topicorum in loco 75. à quo ſumpſit Porphyrius, & ſic ipſam in cap. de differentia definiuit, per prædicari in quale: inquiens differentiam eſſe quæ de pluribus, & differentibus ſpecie in eo quod quale quid eſt prædicatur, ergo nemo ſanæ mentis differentiam eſſe*

ſub-

ſubſtantiam affirmabit, ſed tantum accidens eſſe clarè aſſeuerabit.

QVINTA RATIO, & eſt Propria.

PRAETEREA ut iſtorũ opinio fortior uideatur addamus rõnes noſtras quarum prima eſt talis. Quęcũq; de ſubiecto dicũtur, ſeu prędicãtur accidẽtia ſunt, iam ſentẽtia nõ eſt neganda: quoniã ſic vult Ariſtotelica Maieſtas, & ſiquis oppoſitum dicet Ariſtotelicæ Maieſtati aduerſari videbitur, in 1. poſt. cõſilio 33. en differentia 1. poſt. tex. 30. in Epit. log. cap. de Demon 7. met. 11, de ſubiecto prędicatur, & quod ſit verum confirmat Auer. 2. poſt. 94. & 7. met. 43. & Porphyrius cap. de differentia, ſumens tamen ab Ariſt. 4. top. loco. 75. & in prædicamentis cap. de ſubſtantia, ſequitur ergo demonſtratiuè differentiam non eſſe ſubſtantiam, ſed accidens.

SEXTA RATIO PROPRIA.

RVRSVS id nomen ſubſtantiæ ſortitur, quod non eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, vt ſexcentis in locis apertum eſt, veluti in antepradicamẽtis cap. 2. In prędicamentis cap. de ſubſtantia 1. poſt. 4. 33. nec non 1. priorum cap. 23. 1. periberminias cap. 5. ac 5. met cap. de eodẽ 7. met. 7. & in Epit. met. tractatu primo cap. de eſſentia, & in cap. de ſubſtantia in eiſdem Epit. met. ſed differentia eſt in ſubiecto, quoniam differentia eſt forma 2. phy. 28. cuius formæ proprium eſt eſſe in ſubiecto 2. de anima 4. & differentia etiam prædicatur de ſubiecto, teſte Porphyrio cap. de differentia nec non Ariſt. in prædicamentis cap. de ſubſtantia, & 4 top. loco 75. ergo in logica nemo peritus, differentiam ſubſtantiam fore dicet, ſed potius accidens, ipſam confirmabit.

SEPTIMA RATIO PROPRIA.

AMPLIVS accidens 1. poſt. 31. 4. met. 2. et 7. met. 4. definitur per ſubiectum, quod profert Ariſt. his verbis (& quibuscumque inexiſtentium ipſis, ipſa ſunt in oratione quid eſt declarante) quod idem comprobauit in tex 35. eiusdem libri, & in tex. 44. et 153. en differentia diffinitur per ſubiectum, ſeu per materiam, quoniam differentia eſt forma 2. phy. 28. 7. met. 43. & in Epit. log. cap. de differentia, quæ forma. 1. de anima 16. primo phy. vltimo definitur per materiam, in qua eſt 2. phy. 22. & 26. relinquitur ergo luce clarius differentiam non eſſe ſubſtantiam, ſed accidens.

OCTAVA RATIO PROPRIA.

VLTERIVS Id quod eſt proprium, non eſt ſubſtantia, quoniam proprium eſt accidens, veluti ſcriptum reperitur apud Ariſt. 1. top. cap. de proprio, cui ſe ſubſcribit Porphyrius in eodem cap. de proprio, in ſuo libello, atqui vltima differentia nõ ſolùm eſt propria, ſed magis propria veluti eſt mens Porphyrij in cap. de differentia, ergo nemo quidem, qui amicus eſt veritatis tentabit, differentiam reponere in titulo ſubſtantiæ, & ipſam remouere à nomine accidentis.

NONA RATIO PROPRIA.

AMPLIVS & ſubtilius, & ſoluat apollo, id quod abſoluitur per demonſtrationem, non ſubſtantia eſſe liquido patet, ſed eſſe accidens præceptum eſt Ariſt. 1 poſt. 52. & 2. poſt. à tex. 9. vſque ad tex. 19. nec non 6. met. 1. & 11. met. cap. 1. ſed vltimæ differentiæ abſoluuntur per demonſtrationem, quoniã ſunt quæſita demonſtrationis, veluti teſtis eſt Auer. in 3. quæſito poſterioriſtico, quis ergo erit ille, qui tanquam poſterioriſta remouebit differentiam à genere accidentis, & ipſam reponet in prædicamento ſubſtantiæ?

DECIMA RATIO PROPRIA.

RVRSVS, & validius quidem, id eſt accidẽs proprium quod competit omni ſoli, et ſemper, ſic ſonat tuba in 1. top. cap. de proprio. & Porphyrius in ſuo libello cap de proprio, en differẽtia vltima competit omni ſoli & ſemper, veluti rationale competit omni homini, ſoli homini, & ſemper idest omni tempore, omni igitur perito in logica clariſſimum fore arbitramur vltimam differentiam non eſſe ſubſtantiã, ſed quid diſtinctum à ſubſtantia, & quid copulatum cum accidente affirmabit.

VNDECIMA RATIO PROPRIA.

AMPLIVS Nulla ſubſtantia eſt contraria ſubſtantiæ hoc tanquam clariſſimum multi textus ſunt veri teſtes 1. phy. 32. 5. phy. 10. & ſi ſubſtantia eſt contraria ſubſtantiæ hoc non eſt niſi per accidens vt ſe declarat Ariſt. 2. de generatione, & corruptione tex. 45. 22. & in prædicamentis cap. de ſubſtantia, ſed vltimæ differentiæ 7. met. 42. ſunt cõtrariæ, vt legitur apud Ariſt. ergo vltimæ differentiæ non ſubſtantiæ, ſed potius accidentia erunt.

DVODECIMA RATIO PROPRIA.

AMPLIVS Regula eſt Auerroiſtarum talis, quòd quæcumque à logico conſiderantur accidentia ſunt hoc imponunt Auer. 6. met. vltimo, atqui differentia à logico conſideratur vt teſtis eſt Porphyrius qui ipſam tanquam logicus conſiderat, logicis ergo omnibus clarum relinquatur differentiam non eſſe ſubſtantiam, ſed potius accidens.

DECIMA TERTIA RATIO PROPRIA.

AMPLIVS nulli dubiam eſſe Ariſt auctoritatem putamus nullam, paſſionem eſſe ſubſtantiam, & ſi quis de hoc dubitat circa nota dubitare videtur

detur; atqui differentia eſt paſſio, ergo differentia non eſt ſubſtantia minor probatur, forma 4. meteororum 30. eſt paſſio, ſed differentia 2. phyſi. 28. eſt forma ergo differentia est paſſio accidens, & non ſubstantia.

DECIMA QVARTA RATIO PROPRIA.

RVRSVS nullum quod alteri inhęret eſt per ſe ſubſiſtens 1. poſt. 33. id eſt nullum accidens eſt ſubſtantia 1. phy. 27. quod vere eſt nulli accidit. id eſt, quod eſt ſubſtãtia nõ eſt accidẽs, & econtra atqui differentia eſt accidens, ergo differentia nõ eſt ſubſtantia minor probatur differentia eſt forma: forma eſt accidens, ergo differentia est accidens minor probatur id quod adest, & abest pręter ſubiecti corruptionem nemo negare potest quin ſit accidens, & ſi negabit duco testem veritatis 1. top. cap. de accidente et Por. cap. de accidente, ſed forma adeſt, & abest à materia prima pręter ipſius corruptionem, vt apud philoſophos clarum est. ergo forma est accidens, hę ſunt rationes pro partis aduerſę opinionis corroboratione, & quoniam nemo potest eſſe perfectus iudex qui rationes, vnius partis audiuerit, ſed debet vtriuſque partis motiua, & rationes optime percipere quibus intellectis nulli addictus perfectè iudicabit iuxta ſententiam à nobis poſteris obſeruandam ab Arist. relictam 3. met. tex. 1. vbi dicebat, item melius ſe habere neceſſe est, illum ad iudicandum, qui tanquam aduerſarios, omnes vtrinque rationes oppoſitas audiat, vna ergo parte audita, vt periti iudicis munere fungamur antequam decretum huic liti imponemus audiamus aliam.

CAPVT SECVNDVM IN QVO RECITATVR OPINIO dicentium differentiam eſſe medium inter ſubſtantiam, & accidens.

NON nulli quidem inter graues Ariſt. expoſitores nõ obſcuri nominis pro vtraq; parte rationibus deſtituti communi conſenſu contra primam iam dictam opinionem, & vltimam à nobis in ſequenti cap explicandã medium tenuere aſſerentes differentiam non eſſe penitus ſubſtantiam, & ſecundum totam ſuam rationẽ, neq; e accidens ſecundum totam rationem, ſed eſſe quoddam medium inter ſubstantiam, & accidens, ſed vt [illegible], & ſine confuſione iſtorum opinio intelligatur eſt ſciendum, quòd Differentiarũ ſpecies ſunt tres quarum quędam ſunt ſubstantię, & accidentię tamen ſunt magis ſubstantię quàm accidentia vt rationale, & brutum ſunt ſubstantię, & accidentia tamen dicuntur magis ſubſtantię quàm accidentia quoniam ſunt ſpecierum completiuę, ſunt etiam accidentia quoniam in quale pręd icantur. Quędã verò ſunt differentię quę ſunt magis accidentia quàm ſubstantię, vt albũ in olore, & ſcbyta, & nigrum in coruo, & ethiope, non nullę medio modo ſe habent vt ſunt

Tres differentiarum ſpecies.

formę elementorum, quę quidem elementorum formę vt Alexander cõtendit ſunt qualitates elementorum velut, calidum, ſiccum, humidum, & frigidum quę qualitates dicuntur medię quoniam intenduntur, & remittuntur inquantum enim intenduntur, & remittuntur ſunt accidentia, ſed inquantum conſtituunt elementa in eſſe ſpecifico, ſic ſunt ſubstantię etenim calidum, & ſiccum efficiunt ignem eiuſque complementa dicuntur, calidum, & humidum aerem perficiunt, frigidum autem, & humidum aquam conſeruãt, frigidum, et ſiccum Terram cõstituunt teste Arist. 2. de ortu, & interitu 16. 2. de anima 117. & Auer. 2. de partibus animaliũ cap. 1. necnõ 4. meteororũ 1. & 12. met. 22. quę quidem qualitates cum ſint medię inter ſubstantiam, & accidens; an ſubstantię an accidentia appellari debeant clarum atque apertum nõ est, ſed quęrentes ab iſtis dicimus ſi iſtę qualitates ſunt medię inter ſubstantiam, & accidens cum medium in Ariſt. doctrina multifariam reperiatur & ſit nomen equiuocum teste Arist. 4. cæli 38. Quodam enim est medium naturale ſeu reale: Aliud eſt medium logicum, quod medium naturale multis modis ſumitur vt Auer. dixit 1. cęli 45. medium tribus modis ſumitur, pro loco inferiori, pro medio ſphęrę, & pro medio quod est inter duo extrema cõtraria: Aliquando Auer. hoc medium reale alio modo diuiſit 4. cęli 26. eſſe duplex quoddam est medium ſecundum comparationẽ ſicut dicimus, quòd aer, & aqua ſunt elementa media inter ignem qui est ſimpliciter leuis, & inter terrã quę est ſimpliciter grauis: hoc etiam modo dicimus ipſa elementa eſſe media inter ſubstantiam, & accidens vt Auer. 3. cęli 67. quoddã verò est medium non per comparationem, ſed per compoſitionem ex extremis exemplum de coloribus medijs qui componuntur ex extremis patet 5. phy 52. ¶ Medium verò logicum duplex quoddam prioriſticum quoddam poſterioriſticum Medium prioriſticum eſt terminus bis ſumptus in pręmiſſis ſyllogiſmi ante cõcluſionem. Medium poſterioriſticum est illud quod est cauſa ſcientię per quod tanquam per cauſam abſoluitur quęſitum de ſubiecto (de quo medio prolixe tractauimus in nostro quęſito,) adhuc notandum quod medium est triplex; vt dicunt isti quoddam est medium per abnegationem, quoddam est medium per participationem naturę extremorum quoddam est medium per participationem cõditionum extremorum de quo medio intelligunt quãdo dicunt quòd differentię ſunt medię inter ſubstantiam, & accidens. Reſpondent & dicunt quòd differentię ſunt medię per abnegationem, & per participationem naturę extremorum. ¶ Iſta quidem istorum ſententia (ni fallor) à veritate aliena & emendatione digna uidetur, contra quã inſtamus hoc pacto ſi differentia eſſet medium inter ſubstantiam, & accidens, tunc Arist. fuiſſet coactus vndecimum pręd icamentum constituere aliter fuiſſet diminutus in quo pręd icamento tanquam in proprio loco differentiam repoſuiſſet tanquam proprium locatum ſi quidem locus debet eſſe proportionatus ipſi locato Arist. teste in toto 4. lib. phy. & quoniam non datur aliud pręd icamentum pręter decem nec ex proceſſu

Petitio.

confutatio opinionis.

ceſſu Ar. videre eſt in libro praedicamentorũ & vt innuit Porphyrius cap. de ſpecie quorum vnũ ſubſtantia appellatur nouem alia ſequentia omnia ſunt accidentia, & non eſt intermedium praedicamentum inter ſubſtantiam, & accidens merito non eſt aliquid puta differentia, quae erit medium inter ſubſtãtiam, & accidens. ¶ Amplius omne quod eſt aut ſubſtantia, aut accidens eſt iam in 7 met. per totum ſcribit Ar. & 1. cæli 1. Au. at differentiae vltimae non sũt accidentia vt ſole clarius patebit in ſequenti cap. vbi rei veritas determinabitur et patet ex Ar. monumentis in 7. de prima philoſophia tex. 43 ergo vana videbitur atque in caſſum hac poſitio aſſerens differẽtiam eſſe medium inter ſubſtantiam & accidens cum vera & pura ſit ſubſtantia.

CAPVT TERTIVM IN QVO quæſiti veritas enucleatur.

HACTENVS aliorum vota, atque ſententias de differẽtia ſatis ſufficienter explicauimus, ſuper eſt modo vt ſententiã noſtram dilucidemus quę ex Ar. voto atque Au. monumentis, luce clarius apparebit. Dicimus ergo finaliter decretando, atque firmiter, & demonſtratiuè aſſerendo differentiam, non eſſe accidẽs vt falſo primi diſputantes contendunt, neque eſſe medium inter ſubſtantiam, & accidens vt manifeſtè errant, qui ſecundam inſectantur poſitionem, ſed verã ſubſtantiam fore rationibus demonſtratiuis, & auctoritatibus nullam gloſam patientibus ſumptis tamen ex Ar. viſceribus, atq; Auer. demonſtrationibus, cui concluſioni, tanquã ſaxo firmiter atque immutabiliter adhęrentes dicimus pro eius probatione hoc pacto, & primo.

PRIMA RATIO VERITATIS.

PARS ſubſtantiae et eius principiũ in ante prędicamentis, nec non in cap. de ſubſtantia eſt ſubſtantia clare quidem hec prędicat Ar. cui ſe ſubſcribit Au. 2. de anima com. 2. & 8. 1. phy. 70. & 3. cæli. 1. en differentia eſt pars & principium ſubſtantiae quoniam differentia eſt principium ſpeciei vt Porphyrius in ſuo libello cap. de differentia confitetur vbi aſſerit ſpeciem ex genere, & differentia, veluti ex principijs, & partibus eſſentialibus conſtitui, nec non in eodem cap. ait ſpeciem fieri cum differentia generi additur vt ſi rationale, quod eſt differẽtia animali, quod eſt genus addatur hominem quidem componet quod confirmat Au. in quęſito 3. poſt. vbi aſſerit quod habens differentiam eſt compoſitum idest ſpecies ergo clarum imo claritate clarius patet differentiam cum ſit principiũ & pars ſpeciei qua ſpecies eſt ſubſtantia teſte Ar. in pradicamentis cap. de ſubſtãtia quòd ſit ſubſtantia, & non accidens vt falsò illi imaginabantur.

Secũda ratio. ¶ Amplius & validius & eſt argumentũ Auer. cum quo nunquam errabo. Illud pro cuius ablatione aufertur ſubſtantia eſt ſubſtantia 2. de anima 2. & 8. quod Au. confirmat 7. met 35. 37. & 39. vbi ait partes animalium quando anima ſeparatur dicuntur ęquiuocè necnon in 4. meteororum in fine & 1. de partibus animalium cap. 1. vbi d. philoſophus, cum primũ anima à corpore diſceſſerit, animal eſſe deſinit & in 1. lib. de anima tex 90. egrediẽte anima à corpore corpus expirat et putreſcit. veluti Alexander quoq; affirmare videtur quando probat quatuor qualitates eſſe elementorum formas ſubſtantiales referẽte Auer. 8. de prima philoſophia com 5. ſed remota atq; perempta vltima differentia quę eſt forma in Epit. log. cap. de diffinitionibus & 2. phyſi. 28. nec non 7. met. 42 perimitur atque remouetur ſpecies quae eſt ſubſtantia ergo non niſi mente captus negabit differentiam eſſe ſubſtantiam, ſed ingenioſus & in vera doctrina peritus ſtatim differentiam eſſe ſubſtantiã hac ratione conuictus affirmabit. ¶ Nonne aſſerit Ar. 2. met. 10. cuius autem primum non eſt nec quod ſequitur eſt? ſi differentia quae eſt principium ſpeciei vt probatum eſt in prima ratione non eſt, neque ergo ſpecies erit, ſpecies eſt ſubſtantia vt in cap. de ſubſtantia Ar. neq; ſubſtantia erit, fateatur ergo quiſque velit nolit differentiam eſſe ſubſtantiam. Confirmatio.

RVrſus certè ſcio id quod eſt pars definitionis ſubſtantiae eſt ſubſtantia quia ſic iubet Au. 2. de anima. 2 8. & 1. phy. 70. 1. poſt. 30. atqui differentia eſt pars definitionis ſubſtantiae ſi quidem eſt pars definitionis ſpeciei quae eſt ſubſtãtia vt in cap. de ſubſtantia refert Ar. ergo differentia eſt ſubſtantia minor eſt euidens ſi quis fidem adhibebit huic exẽplo definientes enim hominem dicimus homo eſt animal rationale vbi ly rationale eſt differentia quę differentia eſt pars huius definitionis quod confirmatur ex Ar. 1. poſt. 30. 7 met. 43. Au. & quòniam quod patet ex ipſe eſſe non eſt probare neceſſe ideo relinquatur tanquam notiſſimum differentiam eſſe ſubſtantiam. Tertia rõ veritatis.

PRæterea omnia quae ſunt ſubſtantiarum completiua ſubſtantias eſſe praedicant omnes, & logici, & philoſophi accidẽtia enim ſubſtantias non complent Ammonio teſte in cap. de ſubſtantia, atqui differentiae complent imo ſpecificant et conſtituunt ſubſtantias ſunt conſtitutiuae ſpecierum vt refert Porphyrius in cap. de differentia ergo non niſi inscioli negabunt differentiam non eſſe ſubſtantiam docti autẽ omnes affirmabunt. Quarta ratio veritatis.

¶ Amplius dicite mihi queſo nonne praedicata primi modi dicendi per ſe ſunt ſubſtantiae? teſte Ari. & Auer. 1. poſt. 30. 31. 7 met. 13. atqui differentia vt in locis allegatis patet eſt praedicatum primi modi dicendi per ſe ergo quilibet poſterioriſta tanquam notum affirmabit differentiam eſſe ſubſtantiam. Quinta rõ veritatis.

¶ Rurſus, & credo equidem non errare, verum ſi regulae logices errant, & decipiunt me quod non credo & ego errabo & decipiam alios quod abſit: Regula enim eſt Ar. in praedicamẽtis ca. de ſubſtãtia vbi inquit accidentia de ſubiecto praedicari ſecundũ Septima rõ veritatis.

nomen tantum, & non ſecundum rationē, ſtante hac regula tanquam maiori duco minorē ſed differētiæ vt ibidem Ar. teſtatur non prædicantur ſecundum nomē tantum, ſed ſecundum nomen, & ſecundū rationē idẽſt eſſentialiter ergo differentia, eſt ſubſtantia & nō accidens vnde proſillogizo ſic. quęcunque de ſubiecto dicuntur ſecundum nomen, & ſecundum rationē ſunt ſubſtantiæ quis hoc negabit? ſed differentię prędicantur ſecundum nomen, & ſecundum rationē de ſubiecto ergo differentię ſunt ſubſtantiæ, & non accidētia.

Confirmatio. *Quod hoc ſit verum vide Ar. in cap. de ſubſtātia vbi inquit ineſt autē ſubſtantijs & differentijs omnia uniuocæ prædicari, & quid clarius?*

RATIO OCTAVA VERITATIS.

AMPLIVS *forma rei eſt ſubſtantia rei tum quia eſt pars illius rei cum etiam ſcriptum reperitur apud Ar. 2. de anima 2. 25. 12. met. 14. 7. met. 35. 1. de partibus animalium cap. primo. 7. phy. 4. 91. & 92. Au. ſed differentia 2. phy. 28. 7. met. 42. 43. & 3. cæli. 77. eſt forma ergo cogatur de facto quilibet confiteri differentiam eſſe ſubſtantiam; & non accidens.*

RATIO NONA VERITATIS.

PRAETEREA *locus eſt Au. clariſſimus in epit. met. tract. primo ca. de ſubſtātia ubi inquit faciēs mentionē de ſignificatis ſubſtantiæ ſic, Dicitur ſubſtantia de omni prædicato vniuerſali notificante quidditatem indiuidui vt genus, vel ſpecies, vel differētia, & quid clarius? ſi hoc negas aut aures obturatas habes aut imbecillis, eſt intellectus ſequitur ergo ex verbis Au. differentiam eſſe ſubſtantiā, & non accidēs.*

RATIO DECIMA VERITATIS.

AMPLIVS, *id, quod eſt cauſa alicuius, nō eſt illud aliter idem eſſet cauſa, et cauſatum, principium, & principiatum, ſimplex, & compoſitū quod nemo ſanæ mentis concederet eſt enim contra Ar. 2. phy. 64. & 65 ſed differentia eſt cauſa accidentis 2. cæli 80 & 3 cæli 77. Ar. vbi ſic ait (differentiæ ſunt cauſa ſpecierum, & cauſæ accidentium in illis ſpeciebus inuentorum) ergo differentia, non eſt accidens cum ſit cauſa accidentis.*

RATIO VNDECIMA VERITATIS.

RVRSVS, *et validiſſime, id per quod aliquod eſt ens in actu, eſt forma, & ſubſtantia illius, forma enim eſt cauſa propter quam res eſt in actu, vt Ar. 7. met. 37. & 60. nec non Auer. 2. poſt. 48, 8. met 12. & primo de partibus animalium ca. 1. ſed per vltimā differentiam, 8 met. 6. definitum eſt ens in actu ſequitur ergo demonſtratiue differentiā eſſe formam; & per conſequens ſubſtantiam quoniā forma 2. de anim. 2. & 25. eſt ſubſtantia, & non accidens.*

RATIO DVODECIMA VERITATIS.

AMPLIVS *diuulgata eſt methodus 1. poſt. 36. 2. poſt. 20. in Epit log. c. de diffinitionibus 8. met. 5. & in Epit. log. c. de qualitate faciendi demonſtrationem necnon 7. met. 41. in Epit. tractatu 2 cap. de forma, 5 phy. 10. & in paraphraſi quarti de cælo c. 1 quibus in locis inquit Au. vbi eſt latentia ſubſtantialiū differentiarū licet ponere accidētia verbi gratia in hominis definitione ponitur rationale quod eſt differētia ſubſtantialis quod ſi lateret loco eius poneremus accidens propriū ut cū dicimus homo eſt animal rationale ſi ly rationale non eſſet, diceremus homo eſt animal riſibile, ex quo arguatur ſic, ſi differentiæ nō eſſēt ſubſtantiæ, tunc eſſent, accidentia ergo latente differentia quæ eſt accidens per nos vteremur alio accidente loco accidētis et ſic Auer. regula non eſſet uera ſed vana & in caſſum quæ aſſerit quod loco differentiarū debemus vti proprijs accidentibus ne ergo ſequatur hoc inconueniens dicant omnes hac Auer. methodo coacti differentias eſſe ſubſtantias, & non accidentia.*

RATIO DECIMATERTIA VERITATIS.

PRAETEREA *& fortius, id quod conducit ad eſſe, & quod rei pars eſt, nulli dubium ꝙ ſubſtantia eſt, atqui differentia Porphyrio teſte cap. de differentia conducit ad eſſe, et eſt quod quid erat eſſe, et eſt pars rei ergo quis erit ille qui adhuc permanet in ſua falſa poſitione dicens differentiam non eſſe ſubſtātiā? adeò enim hæc ratio concludit demonſtratiue differentiam eſſe ſubſtantiā, & non accidens ꝙ qui oppoſitum contendit neque logicus neque philoſophus appellari debet, & à culpa excuſari non poteſt.*

RATIO DECIMAQVARTA VERITATIS.

RVRSVS *apud oēs logicos et maxime apud peripateticos notū eſt imo notiſſimū præceptū Ar. 1 poſt. 30. & 5. met. 7. id ꝙ eſt de eſſentia alicuius eſt ſubſtantia illius & nō accidēs, atqui differētiæ ſubſtātiales ſunt de eſſentia cōgregati ſeu definiti. 1. poſt. 30. & 5. met. 2. ergo differētiæ ſunt ſubſtantiæ, et non accidentia.*

RATIO DECIMAQVINTA VERITATIS.

AMPLIVS *ſententia eſt Ar. in prędic. cap. de ſubſtantia vbi inquit, ꝙ ſubſtantia nō ſuſcipit magis & minus ſed vt clariſſimè teſtatur Porphyrius differētiæ ultimę, et perfectæ nō ſuſcipiunt magis et minus relictis .n. differentijs & formis imperfectis, ergo pro manifeſto relinquitur differentias eſſe ſubſtantias, & non accidentia.*

RATIO DECIMA SEXTA VERITATIS.

PRæterea *ſi differentia non eſſet ſubſtātia ſed eſſet accidēs tūc ſequeretur ſpeciē eſſe aggregatū per accidens*

accidens, conſequens eſt falſum, & contra Porphyrium ergo, & antecedens quod ſit contra Porphy. paret vult enim Porphy. quòd differentia admota generi faciat ſpeciem, quæ ſpecies eſt quid agregatum eſſentiale, vt homo, modo ſi differentia ut rationale nõ eſſet ſubſtantia ergo ſpecies non erit agregatum aſſentiale ſed accidentale, quod quantę ſit falſitatis ſapientis ſit iudicium melius, & neceſſario dicendum eſt, ergo differentiam eſſe ſubſtantiam quàm accidens.

RATIO DECIMA SEPTIMA VERITATIS.

AMPLIVS omne principiũ ſubſtantię eſt ſubſtantia 2. de anima 2. 8. & 1. phy. 70. pars ſubſtantię eſt ſubſtantia, ſed differentia eſt principiũ ſpeciei quę ſpecies eſt ſubſtantia, vt in cap. de ſubſtantia ait Ariſt. ergo differentia eſt ſubſtantia, vt maior magis appareat detur oppoſitum ergo ſequeretur ꝙ ſubſtantia fieret ex nõ ſubſtantia quod eſt cõtra Ariſ. 1. phy. 52. & etiã experimento manifeſtum eſt cũ accidens omnẽ ſuam perfectionem imo eſſe à ſubſtantia accipiat teſte Au. 4. met. 2. 7. met. 4. & in Epit. met. tractatu 2 cap. 1. Pręterea aliud abſurdum eueniret, vt nõ ſubſtantia ſubſtantiã pręcederet quod contradicit Ar. & Au. 7. met. 4. vbi aſſerit ſubſtantia pręcedit accidens natura tempore, definitione & cognitione, nec non 7. met. 47. vbi inquit [Prius namq; nõ ſubſtantia. & quale erit quã ſubſtantia, & quod quid: quod impoſibile eſt, nec ratione enim, nec tempore, nec generatione poſſibile eſt paſſiones priores ſubſtantia eſſe] modo cum differentia ſit principiũ ſpeciei ſi differentia eſſet accidens cũ ſpecies ſit ſubſtantia, & cũ principium principatũ debet pręcedere ergo nõ ſubſtantia ſubſtantiã anteiret quod quantum ſit abſurdũ manifeſtè apparet ne ergo tot ſequantur abſurda dicẽdum eſt differentiam eſſe ſubſtantiã, & non accidens. Iſtę ſunt rationes demonſtratiuę quidem quibus placuit nobis probare huius quæſiti veritatẽ Partibus ergo auditis, cum ſuis rationibus cõſentaneum eſſe arbitror, vt coram iudice legantur, adhoc vt decretũ decretari poſſit quę nam iſtarũ partium veritatẽ dicat, accedamus ergo una ſimul ad Ar. tanquã ſenerum iudicem qui nec odio nec amore, ſed veritate aſtrictus quid nã ipſe de hac re ſentit iudicabit, dicit ergo Ar. veritatẽ determinando, & in hac lite perpetuũ ſilentium imponendo, et ne partes amplius circa hoc negotium digladiantur ꝙ differentia nõ eſt accidens, neque mediũ inter ſubſtantiã, & accidens, ſed eſt ſubſtantia: ſententiã quam ſcriptã in 7. met. tex. 43. reliquit cui ſententię, & finali decreto ſe ſubſcribens Porphyrius in cap. de differentia bis ſe ſubſcribit dicens differẽtia eſt quę ad eſſe conducit, & quę eſt quod quid erat eſſe & quę rei pars eſt, & paulo inferius iterum ſe ſubſcribens ait (erunt ergo ſpecificę differentię quęcunq; alteram faciunt ſpeciem, & quęcunq; in eo quod quid erat eſſe accipiuntur) quiſq; ergo oppoſitę partis claudat ſuum os, & non amplius loquatur quoniã hęc eſt veritas confirmata non nullis teſtibus fide dignis, vt ſunt gręci non nulli quorum primus, Ammonius magnus magiſter Simplicius, Porphyrius, Syrianus, Adraſtus, Ioannes grammaticus, Alexander. Viri quidem omnes in peripatetica doctrina electi, ac Arabes quorum doctiſſimus Auer. nec non tota latinorum turba, vnde fiat ratio talis Id eſt verum quod dicunt omnes plures vel ſapientes, & horum maxime famigerati 1. top. cap. 1. Ariſt. atqui differentiam eſſe ſubſtantiam, & non accidens, neque medium inter ſubſtantiam, & accidens dicunt exclamant & prędicãt omnes ſapientes ergo verum imo veriſſimum eſt in ore omnium gentium differentiam eſſe ſubſtantiam, & non accidens, ſileas ergo tu qui mmaris defendere falſitatem ſi Ariſt. & ſui defenſores pro me quis contra me? quid curo te?

CAPVT QVARTVM IN QVO RATIONES IN oppoſitum ſoluuntur.

ET quoniam cognitio veritatis eſt dubitatorum ſolutio 7. ethic. cap. 4. ideo veritate ad aures Ariſt & Auer. determinata; & rationibus demonſtratiuis, nec non auctoritatibus nullã gloſam patientibus corroborata, vt rei quęſitę determinatio magis eluceſcat, in hoc capite rationes in oppoſitum factas radicitus euellere arbitramur iuxta illud Auer. 4. phy. 31. nec non 1 phy. 71. munus atque officium veri atque demõſtratiui inquit ſermonis eſt non ſolum veritatem promulgare ſed dubitationes circa illam omnes incidẽtes ſoluere quibus quidem ſolutis concluſio noſtra ſicut ſaxum marmoreum ſemper ſtabit firma, & inmutabilis ſed pro faciliori, atque dubitatorum ſolutione eſt Notandum ſecundum Auer. placita in libello Porpyrij cap. de ſpecie, & vt ſumi poteſt etiam in libro deſtructio deſtructionũ in diſputatione ſeptima in ſolutione tertij dubij vbi clare teſtatur genus altiſſimum de prędicamento ſubſtantię eſſe corpus compoſitum ex materia, & forma quod eſt generabile, & corruptibile (quicquid Porphyrius eſſerat ex monumentis Platonis, & ſtoicorum in eo ſubſtantiam eſſe genus generaliſſimum, & ſic cum genus generaliſſimum ſit corpus compoſitum in recta linea prędicamentali, omnia quæ ſituantur in ea erunt compoſita ex materia, & forma generabilia, & corruptibilia & ſaltim per accidens, à latere verò differentiæ ipſæ veluti principia talis ſubſtantię compoſitę diſponuntur. Ex quibus elicio diſtinctionem quę est talis; substantia est duplex Quædam compoſita, & prædicamentalis, quæ diuiditur in substantiam primam, & ſecundam quę substantia prima est vt Aſcanius, ſecunda vero est duplex genus vt animal, & ſpecies vt homo teste Arist. in cap. de substantia, & quędam est ſimplex veluti est differentia quę est cauſa, & principium talis ſubstantię compoſitę quę non ponitur in recta linea prędicamentali, ſed à làtere, & ſi in recta linea non niſi reductiue reducitur ſicut principium ad principatum. Notandum.

aliud notandum.

¶ Amplius eſt notandum, quòd qualitas eſt duplex, quædam eſt ſubſtantialis quæ ſubſtantiam ſignificat, Altera verò eſt accidentalis Ariſt. atque Auer. teſtibus 5.phy.18.5.met.19.7.met.14.& 58.nec non in prædicamentis cap.de ſubſtantia His ergo ſic ſtantibus certus quisque ſit quòd maior pars dubitationum his diſtinctionibus ſoluuntur Et primo prima quæ fuit talis.

Solutio prima.

¶ Omnis ſubſtantia aut prima, aut ſecunda, differentia nec prima nec ſecunda, ergo differentia non eſt ſubſtantia.

¶ Soluitur gloſando maiorem in qua dicitur omnis ſubſtantia aut prima aut ſecunda, intelligitur de ſubſtantia compoſita, modo differentia licet non ſit ſubſtantia compoſita tamen eſt ſubſtantia ſimplex, & ſic ruit prima ratio.

Replica contra ſolutionem factam per Iacobũ Antonium Martam noſtrum diſcipulũ.

¶ Verum quidam iuuenis ex diſcipulis noſtris moribus, & literis decoratus cum publicè diſputaſſet ſubtiliſſimè replicauit contra ſolutionem hoc pacto, dictum eſt ſupra, quòd ſubſtantia prima eſt compoſita quo vtens pro maiori ſubtiliſſimè infert minorem dicens, ſed differentia eſt ſubſtantia prima ergo differentia eſt ſubſtantia compoſita probando minorẽ ita ingenioſe ſe habet, differentia 2.phy. 28. & 7. met.43 eſt forma, ſed forma rei 2. de anima 2. & 25. eſt anima rei, ſed anima 7 met.39 eſt ſubſtãtia prima, ſed ſubstantia prima est compoſita ergo à primo ad vltimum acutiſſimè concludit, & infert concluſionem probans differentiam eſſe ſubstantiam compoſitam, et non ſubstantiam ſimplicem.

Solutio ad replicam.

¶ Nos conſiderantes huius rationis ſubtilitatem ſubtiliori dignam fore ſolutione arbitramur omnibus notificãtes quòd tota vis huius argumẽti conſiſtit in auctoritate allegata in 7. met.39. vbi dicitur quòd anima est substantia prima pro cuius ſolutione est ſciendum ꝙ ſubstantia prima in dictis Arist. biſariam ſcripta reperitur, alia enim est ſubstantia prima ſingularis indiuidua monstrata, vt Aſcanius, & Fabricius, & hæc dicitur cõpoſita ex materia, & forma, Alia verò est ſubstãtia prima quæ caret compoſitione, ſed est ſimplex imo ſimpliciſſima qua præhabita diſtinctione ſic ſatisfaciendum eſſe arbitramur admonitum factum, quòd licet anima, vt vult Arist. ſit ſubstantia prima tamen non est ſubstantia prima ſingularis indiuidua compoſita ex materia, & forma de qua verba fecit Arist. in præſenti cap. de ſubstantia, & 1.post. 4. & 33. ſed dicimus quòd anima est ſubstantia prima ſimplex ex quo ſequitur quòd licet replica fuit ingenioſa modus tamen ſoluendi fuit ingenioſior dicas modo hoc pacto, quòd differentia eſt ſubstantia prima ſimplex, non autem compoſita, vnde defendas pulcram concluſionem, quæ est talis, ſcilicet differentia est ſubſtãtia prima, quæ concluſio venit defendenda per præhabitam diſtinctionem qua eadem diſtinctione alia concluſio defendi poteſt quæ eſt talis ſcilicet differentia nõ eſt ſubſtantia prima, & quòd ſit verum differentiam eſſe ſubſtantiam primam non ne manifeſtum eſt per regulas poſterioriſticas differentia enim est prædicatum primum 1.post.36.2.post.94.in 4.quæſito post.in Epist. de primitate prædicatorum, & ſexcentis alijs in locis refert Auer.

Subſtantia prima duplex.

Duæ concluſiões defendũtur. Prima. Secunda

Replica

¶ Sed idem iuuenis prædicta ſolutione non contentus iterum admodum curioſe inſtetit dicens nullum compoſitum est ſimplex cum ſint duo diuerſa 1.post.12.1.phy.3.in libro de plãtis cap.1.2.de anima 12.compoſita enim ſunt notiora apud nos, ſimplicia apud naturam quæ adinuicem opponuntur atqui differentia est compoſita ergo differentia non est substantia ſimplex probando minorem ita ſe habet dicens id quod habet partes est compoſitum 1.phy.64.& 65. ſed differentia habet partes ergo differentia est compoſita ex partibus verificando minorem dicit, Auer. enim 1.post,30.numerans prædicata per ſe primi modi ait quòd prædicata per ſe primi modi ſunt hæc videlicet completa definitio, aut pars definitionis, quæ est differentia, vel genus, aut pars differentiæ, vel generis patet ergo per verba Auer. differentiam habere partes, & per conſequens differentia est compoſita substantia, & non ſimplex.

eiuſdem Iacobi Antonij Martæ.

Solutio.

¶ Soluitur verum pro rationis difficultate, duplici vtemur ſolutione, & primò dicimus quòd maior poſſet negari quando dicitur id quod est compoſitum non est ſimplex quoniã quatuor elementa ſunt compoſita ex materia, & forma 1. met.17.et tamen vocantur corpora ſimplicia ab Arist. 2.phy.1.3. cæli 1.ſed transeat pro nunc Dicimus itaq; quòd licet differentia habeat partes, tamen nõ habet illas partes quas habet ſubstantia prima ſingularis, quæ partes vnitæ ſimul adeò denotant compoſitionem quæ remouent compoſitũ ex his, ab omni ſimplicitate ſed ſi dicitur compoſita, dicitur compoſita reſpectu ſuarum partium, ſed est ſimplex reſpectu compoſiti ex ipſa idest reſpectu ſpeciei iuxta illud Auer. in quæſito 3.post. vbi inquit [ſed difficile est quòd differentiæ ſit differentia, ex parte qua est ſimplex, non habens differentiam est compoſitum, & est ipſa ſpecies] ecce modo quòd differentia licet habeat partes illæ tamen partes nõ impediunt ſimplicitatem ab ipſa neque negant, vnde potius dicitur ſimplex quàm compoſita, & ſi forſan tibi mirum hoc videatur declaro per exemplum in philoſophia nam non ne cælum ab Auerr. vocatur compoſitum in libro de ſubſtantia orbis cap. 1. & in eodem libro cap. 6. vocatur ſimplex, dicitur enim cõpoſitum in quantũ cõponitur ex materia ideſt ex orbe & forma ideſt intelligentia, dicitur ſimplex inquantũ in eo nõ eſt hyle potentialis, niſi ad vbi ſolũ, veluti ibi idem Auer. ſe exponit.

Alia ſolutio.

¶ Vel aliter dicendum quòd differentia vt apud Auer. legitur biſariam reperitur quædam enim eſt ſimplex de qua meminit in 3.quæſito poſt. quædam verò eſt differentia compoſita de qua verba fecit in Epit.log.cap.de definitionibus qua diſtinctione præhabita dicimus quòd ſi argumentum aliquam vim habet concludit de differentia compoſita non autem de differentia ſimplici non per hoc concedendo quòd differentia compoſita ſit ſubſtãtia prima compoſita, & ſingularis.

Sol. secũdę rationis.

¶ Soluitur ſecũda ratio ſumpta ex dictis Ariſt. & noſtra confirmatio, hoc modo videlicet acceptando Ariſt. mentem in illis locis eſſe differentiam non eſſe ſubſtantiam compoſitã et non negauit eſſe ſubſtantiam ſimplicem.

Replica.

¶ Contra hanc ſolutionem adeſt locus dubitandi, et eſt talis ſubſtantia ſecunda eſt compoſita, & non ſimplex vt eſt ſpecies, vel genus atqui differentia eſt ſubſtantia ſe-

cunda

cunda compoſita ergo non eſt ſubſtantia ſimplex maior eſt vera minor probatur ſic ſubſtantiæ ſecundæ prędicantur de ſubſtantijs primis ſecundum nomen, et ſecundum rationem, ſed differentiæ prædicantur de ſubſtantijs primis ſecundum nomen, & ſecundum rationem ergo differentiæ ſunt ſubſtantiæ ſecundæ compoſitæ, & non ſubſtãtiæ ſimplices vt dictum eſt ſupra, minor ſole clarius apparet in prædicamentis cap. de ſubſtantia vbi inquit Ariſt. [ratio quoque differentię de illo prędicatur de quocunque ipſa differentia dicitur, veluti ſi greſſibile de homine prædicatur, & ratio greſſibilis de homine prędicabitur, eſt enim homo greſſibilis] imo paulo inferius idẽ Ariſt. aſſerit [ineſt autem ſubſtantijs, & differentijs omnia vniuocè prędicari] vbi per ly vniuocè nil aliud dicit niſi ꝙ ſubſtãtis ſcilicet ſecundę, & differentiæ prędicantur ſecundum nomen, & ſecundum rationem. ¶ Soluitur hæc

Solutio. ratio pulcra quidem, verum pro ſolutionis intelligentia eſt ſciendum quòd apud optimos prioriſtas, et ſyllogizantes vulgatum eſt, in ſecunda figura non aſſignari aliquem modum in quo fiat ſyllogiſmus ex ambabus propoſitionibus affirmatiuis, vt videre eſt in illis quatuor modis proprio vocabulo, ceſare, cameſtres, feſtino, barocho, appellatis in quibus ſi fieret ſyllogiſmus conſtans ex ambabus affirmatiuis inutilis coniugatio, & aſſyllogiſtica vocatur ab Ariſt. quoniã non habet vnam concluſionem determinatam ſed modo concludit concluſionem affirmatiuam, & modo negatiuam, & talis ſyllogiſmus non deſeruit arti non facit ſcientiam, & non eſt artificialis vnde ab Ar. negatur, & per conſequens omnis modus argumentandi hoc modo factus negatur tanquã quid inutile, & arti non deſeruiens cum ſit contra canones nobis ab Ariſt. in libro priorum declaratos, quibus ſtantibus Nota tu qui optimus es prioriſta quòd argumentum ſupra aſſignatum contra ſolutionem eſt in ſecunda figura ex ambabus affirmatiuis vt iam animaduertere potes quando dicitur in illa probatione minoris ſubſtantiæ ſecundæ prædicantur de ſubſtantijs primis ſecundum nomen, & ſecundum rationem, differentiæ prædicantur ſecundum nomen, & ſecundum rationem, & cum ſit in ſecunda figura ex ambabus affirmatiuis iſte modus argumantandi negatur adeò validè quòd non habet vim contra noſtram ſolutionem reſtat ergo firma ſolutio quòd differentia non eſt ſubſtantia ſecunda cõpoſita ſed eſt ſubſtantia ſimplex principium, & cauſa ſubſtantiæ ſecundæ compoſitæ, ſi enim iſte argumentandi modus eſſet validus & concederetur, non nulla maximi momenti ſequerentur inconuenientia et inter alia aliquando cogereris tuam matrem quæ eſt mulier caſta, concedere eſſe meretricem imo te eſſe aſinum confiteri vt verbi gratia.

Meretrix eſt mulier.
Tua mater quæ eſt caſta eſt mulier.
Ergo tua mater caſta eſt meretrix.
Aſinus eſt animal.
Tu es animal.
Ergo tu es aſinus.

Abſit ergo iſte arguendi modus ſophyſticus qui malum pro bono, falſum pro uero, aſinum pro homine, nigrum pro albo, ita probat, & perſuadet, vt conſiteri teneris te eſſe aſinum.

¶ Sed Dices contra arguo auctoritate adeò euidenti quæ non videtur pati ſolutionem, & per conſequens ſolutio aſſignata eſt falſa in qua dicebatur in ſecunda figura ex ambabus affirmatiuis argumentum factum non valere, non nc quod principes efficiunt eſt validũ optimum imo ualidiſſimum? quis dicet contra? Nota quòd dicit Princeps Auer. 4. phy. 33. & 24. quòd in ſecunda figura licet argumentari ex ambabus affirmatiuis ſi vis plures textus pro teſtibus vide Auer. 2. phy. 23. 2. cæli. 23. vbi non exclamat aliud niſi licitum ſit, & liceat omnibus in ſecunda figura ex ambabus affirmatiuis ſyllogizare, & quid clarius contra ſolutionem? vnde ſequitur quòd prima replica adhuc ſtat in ſuo vigore. — Replica.

¶ Soluitur hæc Replica non minori admiratione, & doctrina qua fuit facta Notando primo vnum quòd termini in quibus fiunt ſyllogiſmi ſunt duobus modis, Quidam enim ſunt conuertibiles veluti ſunt propriæ definitiones ſpecifica differentia, & eſſentialia ſubiecta atque accidentia, quidam verò ſunt termini qui ad inuicem non ſunt conuertibiles, quo ſtante idem Auer. in locis allegatis reſpondet, & dicit quòd in ſecunda figura tunc licet argumẽtari ex ambabus affirmatiuis quando termini ſunt conuertibiles vnde cum replica facta contra noſtram ſolutionem cõſiſtat in ſyllogiſmo Conſtante ex terminis non conuertibilibus non enim valet dicere id quod prædicatur ſecundum nomen, & ſecundum rationem eſt ſubſtantia ſecunda compoſita quoniam differentia etiam prædicatur ſecundum nomen, & ſecundum rationem tamen differentia non eſt ſubſtantia ſecunda compoſita ſed eſt ſubſtantia prima ſimplex reſtat ergo cum talis argumentandi modus ſit in ſecunda figura ex ambabus affirmatiuis in terminis non conuertibilibus quòd expellatur, & negetur et iam replica eſt ſoluta & eſt remota, à ſuo vigore, & noſtra ſolutio remanet valida vera, & firma. — Solutio.

¶ Sed ingenioſius qui ſua ingenij ſubtilitate adhuc habens ſpiritum contradicendi ita quidem ſubtiliter contradicet probans differentiam eſſe ſubſtantiam ſecundam compoſitam, non ſubſtantiam ſimplicem hoc modo. Species eſt ſubſtantia ſecunda compoſita, Differentia eſt ſpecies ergo differentia eſt ſubſtantia ſecũda compoſita maior eſt vera minor probatur. Supponendo duo primum eſt tale quòd aquatile eſt differentia teſte Ariſt. in prædicamentis cap. de ſimul, Aliud quòd partes definitionis ad inuicem non prædicantur eodem Ariſt. teſte in 2. poſt tex. 16. vbi inquit (in definitione nihil alterum de altero prædicatur quemadmodum neque animal de bipede, nec hoc de animali quibus ſuppoſitis ſic ſtantibus arguatur ſic Ariſt. in cap. de ſimul ait [Genera vero ſpeciebus priora ſunt neque enim conuertuntur ſecundum eius quod eſt eſſe conſequentiam vt cum quidem aquatile ſit animal eſt cum verò ſit animal, non neceſſe eſt vt aquatile ſit] vbi nota quòd Ariſt accipit aquatile quod eſt differentia vt ipſe met dixit pro ſpecie, ergo differẽtia eſt ſpecies dicendo aquatile eſt animal, & non poteſt aliter eſſe quoniam ſi Ariſt. ſumeret ly aquatile pro differen- — Replica.

ferentia tunc contradicere ſibi quando dixit quòd in definitione nihil alterum de altero prædicatur, vt genus non prædicatur de differentia, nec differentia prædicatur de genere, reſtat ergo quòd differentia ſit ſpecies, & per conſequens ſit ſubſtantia compoſita, &

Solutio. non ſimplex. ¶ Soluitur & optime quidem verum eſt notandum vt pluries dictum quòd differentia rei eſt forma rei 2. phy. 28. quæ quidem forma eſt eſſentialis pars rei 1. phy. 65. & quoniam mos eſt Ariſt. aliquãdo ſumere partem pro toto differentiã cum ſit principium & pars ſpeciei voluit ſumere differentiam pro tota ſpecie ita quòd quando dixit aquatile eſt animal non accepit hy aquatile vt eſt differentia, ſed pro vt repreſentat ſpeciem adeò quod idem eſt dicere aquatile eſt animal quod eſt dicere piſcis eſt animal, & ſic ſoluitur replica, & intelligitur ſcriptura Ariſt. nec aliter nec alio modo sẽper perſeuerando in noſtra vera opinione, quòd differentia non eſt ſubſtantia ſecunda compoſita ſed ſubſtantia prima ſimplex.

SOLVTIO TERTIAE RATIONIS.

SOLVITVR tertia ratio in qua dicitur ꝙ qualitas non eſt ſubſtantia atqui differentia eſt qualitas, ergo differentia non eſt ſubſtantia Pro ſolutione Nota quòd non ſine maximo artificio Ariſt. reliquit præceptum illud 1. cęli 110. quando nomen eſt æquiuocum peritus artifex debet illud diuidere in ſua ſignificata deinde determinare de quo loqui intendit cui aſtipulari videtur Auer. 1. poſt. 33. et quoniã qualitas eſt nomen multiplex operepræcium eſt ipſam diuidere in ſuas ſignificationes qua diuiſa vtemur illa ſignificatione qualitatis quæ facit ad noſtrum propoſitum qualitas ergo eſt duplex, vt fateri videtur Ar. 5 phy. 18. & 5. met. 19. nec non in cap. de ſubſtantia quędam enim eſt qualitas ſubſtantialis, quædam vero eſt qualitas accidentalis tunc dicimus ad maiorem, ꝙ verum eſt quòd qualitas non eſt ſubſtantia loquendo de qualitate accidentali, differentia vero eſt qualitas ſubſtantialis & ſic ruit tertia ratio.

SOLVTIO QVARTAE RATIONIS.

SOLVITVR quarta ratio in qua dicitur, id quod prædicatur in quale eſt accidens, ſed differentia prædicatur in quale ergo differentia eſt accidens, huius rationis venit gloſanda maior hoc pacto id quod prędicatur in quale ſimpliciter, & abſolutè eſt accidens Ariſt. teſte in cap. de ſubſtantia, ſed ſi differentia prædicatur in quale, non in quale ſimpliciter, & abſolutè ſed in quale quid contractum & ſubſtantiale, vnde ſequitur ꝙ cum differentia prædicetur in quale

Petitio. ſubſtantiale ꝙ non ſit accidens ſed ſubſtantia. ¶ Sed Dices tu quare differentia prędicatur in quale quid, & non in quid abſolutè ſi differentia eſt ſubſtantia? ¶ Dicas cum Ariſt. in 4. top. loco 75. vbi dicit (Ideo differentia prædicatur in quale quid, vt ſeparetur a genere) quoniam ſecundum ipſius quid eſt aſſignationem magis conuenit genus quàm differentiam dicere. Qui enim animal dicit hominem, magis indicat quid eſt homo, quàm qui greſſibile, & quoniam differentia quidem qualitatem generis ſemper ſignificat, genus autem differentię non. Qui enim dicit greſſibile: quale quid dicit animal qui vero animal dicit, non dicit quale quid greſſibile differentia igitur à genere ſic ſeparanda) hæc ergo eſt cauſa propter quam differentia prædicatur in quale quid, & non in quid abſolutè, & hanc ob cauſam Ariſt. in 4. top. loco 15, ait nulla differentia ſignificat quid eſt, ſed magis quale quid eſt.

¶ Sed circa dicta occurrit Dubitatio notatu quidem digna dicit enim Ariſt. in 7. top. 16. quòd differentia prædicatur in eo quòd quid quod confirmans in eodem libro loco 7. ait (prædicantur autem ſola in eo ꝙ quid non ergo in eo ꝙ quale quid vel Ariſt. ſibi cõtradicit. Dub.

¶ Soluitur ſed pro ſolutione eſt Notandum ꝙ differentiæ biſariam conſiderari poſſunt vno modo ſimul coniunctæ cum genere, vt animal rationale Alio modo cõſiderantur differentiæ abiunctę à genere vt rationale, tunc eſt dicendum ꝙ differentiæ ſumptæ coniunctæ cũ genere prædicantur in quid ſolum verbi gratia ſi quis interrogabit quid eſt homo? ſtatim dices eſt animal rationale quod animal rationale dicit quid, & ſubſtantiam hominis, ſi ſumantur differentiæ abiunctæ à genere, & ab illo ſeparatæ tunc prędicantur in quale quid verbi gratia ſi aliquis quæreret qualis quid eſt homo ſtatim Dices eſt rationalis, habes ex his ergo candide lector dubitationis ſolutionem, & quando differentia prædicatur in quale quid, & quando in quid tantum, & in Ariſt. nulla eſt contradictio. ſolutio.

SOLVTIO QVINTAE RATIONIS.

SOLVITVR quinta Ratio in qua dicitur quæcunque de ſubiecto dicuntur accidentia ſunt, ſed differentiæ de ſubiecto dicuntur ergo differentiæ ſunt accidentia Pro notitia ſolutionis eſt notandum ꝙ illa quæ ſunt in tertio modo dicendi per ſe ſunt ſingularia ſubſtantiæ quę ſubſiſtũt per ſe ſunt ſubiecta per ſe exiſtentia nullo alio indigentia ad hoc vt exiſtant, & nunquam per ſe prædicantur, & ſi prędicantur nõ niſi ſecundum accidens teſte Ariſt. 1 priorum cap. 23. omnia alia quæ prędicantur de ſubiecto licet fuerint ſubſtantię reſpectu quo non exiſtunt per ſe veluti ſunt ſingularia ſubſtantię dicuntur accidentia vnde dicatis ꝙ accidentia conſiderantur biſariam vno modo, vt diſtinguuntur contra ſubſtantiam id eſt quę non ſunt ſubſtantię Alio modo inquantum non exiſtunt per ſe, differentię non ſunt accidentia, vt diſtinguuntur contra ſubſtantiam quoniam ipſę ſunt ſubſtantiæ (vt probatum) ſed ſunt accidentia inquantum non exiſtunt per ſe, ſed per aliud nempe propter primas ſubſtantias dicebat enim Ariſt. in cap. de ſubſtantia (non ergo exiſtentibus primis ſubſtantijs impoſſibile eſt aliquid aliorum eſſe) quaſi dicat Ariſt. ꝙ cum primæ ſubſtantiæ ſint fundamenta, & ſubiecta ſecundarum ſubſtantiarum, & differentiarum ꝙ deſtructis primis ſubſtantijs non remanent ſecundę ſubstantię neque vniuerſalia neque differentię quæ omnia habent eſſe in illis, & ſunt propter ipſas. Ex quibus omnibus defendas duas concluſiones, & Prima eſt talis ſcilicet Defendũtur duę concluſiones.

differentia

differe tia eſt accidens.i .inquantum nou exiſtit per ſe ſed per aliud . ſecunda concluſio eſt talis . Differētia non eſt accidens , ſcilicet vt diſtinguitur contra ſubſtantiam quibus ſtantibus accipias expoſitionem tex: quando dicitur. [quęcunque de ſubiecto dicuntur accidentia ſunt] ideſt quęcuuque prędicata ſubſtantialia quæ prędicantur de ſubiecto ſunt accidentia.i.exiſtunt per accidens ad differentiam ſingulariū quę exiſtunt per ſe, & ſic diluitur dubitatio quæ profecto eſt multum ſubtilis.

SOLVTIO SEXTAE RATIONIS.

SOLVITVR *Sexta Ratio iu qua dicitur, id uomen ſubſtantiæ ſortitur , quod nou eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, ſed differentia eſt in ſubiecto,& prędicatur de ſubiecto ergo differentia non dicitur ſubſtantia .¶ Notandum quod ſubſtantia prima eſt duplex quędam eſt ſimplex, & quędam eſt compoſita, tunc dicitur ꝙ maior huius rationis intelligitur de ſubſtātia compoſita prima uulli enim dubium eſt ꝙ differentia uon eſt ſubſtātia prima compoſita quæ nec eſt in ſubiecto , nec de ſubiecto prędicatur, ſed differētia eſt ſubſtātia prima ſimplex quę eſt in ſubiecto vt pars illius ſubiecti,& prędicatur eſſentialiter de ſubiecto in quo eſt & ſic nulla eſt ratio contra veritatem.*

Replica. *¶Sed contra dicta philoſophus aliquis ſubtiliter quidem inſtabit dicens ſi id quod uon eſt in ſubiecto , nec prædicatur de ſubiecto eſt ſubſtantia prima cōpoſita tunc ſequeretur abſurdum quoddam , quod nou poſſet deſendi, ſcilicet ꝙ materia prima, quę eſt ſimpliciſſima ſubſtantia, et rerum naturalium primum priucipiū materiale. 1.phy 52.& 82. eſſet ſubſtantia prima cōpoſita quod eſt contra cōmunem philoſophantiū opinionē couſequentia deducitur hoc pacto ſi per te ideſt ſubſtantia prima cōpoſita quę non eſt in ſubiecto,nec prædicatur,de ſubiecto, ſed materia prima nou eſt in ſubiecto 1.phy.52.nec prędicatur de ſubiecto. 3. phyſi. 65.ergo materia prima eſt ſubſtantia prima compoſita & ſicut ſubſtantia prima eſt in actu completo & perfecto ſic materia prima eſt in actu completo,& perfecto,& nou in actu imperfecto vt volunt naturæ veſtigatores.*

Solutio. *¶Soluitur negando modum argumentandi tamquā in ſufficientem,& uon validum inutilem,arti & ſcientiæ non deſeruientem quoniā eſt ſyllogiſmus factus in secūda figura ex ambabus affirmatiuis in terminis uō couuertibilibus, nō enim valet dicere id quod nō eſt in ſubiecto,uec prædicatur de ſubiecto eſt ſubſtantia prima quoniam materia prima eſt huiuſmodi vt dictū eſt, & tamen materia prima non eſt ſubſtantia prima & ſic ſoluitur ratio vide tamen quę diximus in ſolutione ſecundę rationis.*

Alia ſol. *¶Vel aliter dicendum dato, & non conceſſo modo argumentandi dicendo ꝙ & ſi materia prima uou ſit iu ſubiecto,nec prædicetur de ſubiecto, nō per id ſequitur ꝙ ſit ſubſtantia prima cōpoſita, qm̄ ſubſtantia prima cōpoſita nou ſolum non eſt in ſubiecto,nec prędicatur de ſubiecto, ſed etiam per ſe exiſtit veluti non eſt materia prima qm̄ materia prima uō exiſtit per ſe , & ſic ſequitur ꝙ materia prima nullo modo ſit ſubſtantia prima compoſita neque ſit in actu cōpleto,& perfecto.*

Replicā cōtra ſecundam ſolutionem. *¶ Sed hęc ſolutio nou caret argumento quoniam de facto eſt contra Auer 7.met.8. ait enim Au. ꝙ materia prima eſt exiſteus per ſe vnde arguatur ſic. ideſt ſubſtantia prima cōpoſita quæ nou eſt in ſubiecto,nec prædicatur de ſubiecto , & exiſtit per ſe ſed materia prima nō eſt in ſubiecto,nec prędicatur de ſubiecto 1.phy.52.& 3. phyſi. 65.& eſt per ſe exiſtens 7 met.8. ergo materia prima eſt ſubſtantia prima compoſita,& eſt in actu completo & perfecto.*

ſolutio. *¶ Soluitur hęc replica ſubtilis & ingenioſa quidē ſumpta prius hac diſtinctione ꝙ id quod per ſe exiſtit intelligitur duobus modis vno modo per ſe exiſtis in actu, alio modo per ſe exiſtit in potentia tunc eſt dicendum, ꝙ materia prima & ſi exiſtat per ſe,uō per ſe iu actu, ſed exiſtit per ſe in potentia iuxta illud Ar 7. met. 8.& 1. met. 17. materia prima nec quid , nec qualis , nec quanta, ſed eſt potentia omnia ſequitur ergo ex his ꝙ materia prima ſit ſubſtantia ſimplex potentialis cui nil actus omnino eſt admixtum 3.phy.8. Auer.*

SOLVTIO SEPTIMAE RATIONIS.

Soluitur ſeptima ratio, quæ eſt talis,accidens deffinitur per ſubiectum,& materiam,ſed differētia huiusmodi , ergo differentia eſt accidens hac ratio cōmittit peccatum in forma veluti ſecunda quoque peccauit ſit enim in ſecunda figura ex ambabus affirmatiuis in terminis nou conuertibilibus quod admodū apud bonos logicos inconuenit . ¶ Ideo aliter dicere poſſumus dato,& nou conceſſo modo argumentandi limitādo maiorem huius rationis hoc pacto quando dicitur, Alia ſolutio. *ideſt accidens quod definitur per ſubiectum ſumendo perfectionem à ſubiecto,ſed quaudo differentia definitur per ſubiectum nō ſumit perfectionē à ſubiecto. ſed definitur per illud daudo perfectionem illi & ſic ſequitur quod eſt ſubſtantia, & uon accideus .*

SOLVTIO OCTAVAE RATIONIS.

Soluitur octaua ratio , quæ eſt talis} id quod eſt proprium,non eſt ſubſtantia ſed differētia non ſolum eſt propria, sed magis propria ergo differentia eſt accidens,& nou ſubſtantia , maior huius argumenti venit decidenda hoc pacto prius tamen præhabita hac distinctione ꝙ proprium est duplex quoddam est proprium accidentale,& quoddam est proprium substantiale tunc est diceudum quando dicitur id quod est proprium accidentale uulli dubium est ꝙ uon est ſubstantia modo differētia licet ſit ꝓpria imo magis propria , tamen est propria substautialis, & ſic sequitur differentiam non eſſe accidens ſed propriam substantiam.

SOLVTIO NONAE RATIONIS.

Soluitur nona ratio quę conſistit iu hoc id quod abſoluitur per demonstrationem non est substantia, sed accidens , sed vltimæ differentiæ abſoluuntur per demonstrationem ergo vltimę differentiæ sunt accidentia

dentia ratio hęc eſt difficilis tamen ſoluit ipſam Aue. in 3. quaſito poſt. & dicit ꝙ differentię abſoluũtur per demonſtrationem quę non eſt ſimpliciter per ſe demõſtratio. ſed quaſi dicat eſt demonſtratio ſecundũ nomen tantum non ſecundum rem aequiuoca dicitur demonſtratio, potius veridicus, ſyllogiſmus, vnde dicebat Au. 2. poſt. 94. [Quaeſita autẽ prima, quae ut diximus sũt in demõſtrationibus ſimpliciter sũt ſolum propriorum accidentium, & quaeſita quae sunt propria differentiae, & definitiones. ſunt etiã quęſita prima ſed in talibus non euenit demonſtratio cauſę, quia in talibus non inuenitur aliqua res quę ſit prior maiori extremo] patet ergo ſolutio rationis ad mentem Au. Dubitatio. ¶ Sed hęc quidem ſolutio non caret argumento, nam licet verum immo veriſſimũ ſit differentias non abſolui per demonſtrationem ſimpliciter, & propter quid quis. n. negabit non abſolui per demonſtrationem quia? Solutio. ¶ Dicas ꝙ differentiae neque per demonſtrationẽ quia abſoluuntur vt differentia sũt, ſed per talem demonſtrationem abſoluitur exiſtentia differentiarum quae exiſtentia 2. poſt. 33. eſt accidens & ſic nunquam differentię cũ ſint ſubſtantiae abſoluuntur per demonſtrationem cum proprium demonſtrationis ſic abſoluere accidens teste Ar. & Au. 2. poſt. à tex. 9. vſque ad 19. & 11. met. 1. 1. poſt. 52.

SOLVTIO DECIMAE RATIONIS.

SOLVITVR decima Ratio in qua dicebatur, id eſt accidens proprium, quod competit omni, ſoli, & ſemper ſed differentia eſt huiuſmodi ergo differentia eſt accidens, non ſubſtantia, vt facilius hęc ratio abſoluatur eſt ſciendum, ꝙ quando aliquid competit omni, ſoli, & ſemper intelligitur duobus modis vno modo ſubſtantialiter, alio modo accidentaliter quo ſtante dicimus ad maiorem, id eſt accidens quod competit omni ſoli et ſemper accidentaliter modo differentia licet competat omni ſoli & ſemper tamẽ non competit accidentaliter, ſed ſubſtantialiter, & ſic argumentum nil tenet contra veritatem, & remanet ꝙ differentia eſt ſubſtantia, & nõ accidens.

SOLVITVR VNDECIMA RATIO.

SOLVITVR vndecima ratio quę eſt, nulla ſubſtantia eſt contraria ſubſtantię, ſed vltimae differentiae sunt contraria ergo vltima differentię nõ ſunt ſubſtantiae huius rationis conceſſa maiori ſcilicet ꝙ nulla ſubſtantia eſt contraria ſubſtantię per ſe, nullum tamen eſt inconueniens ut per accidens ſubſtantia ſit contraria ſubſtantię vt d. Ar. 2. de ortu & interitu tex. 49 vbi aſſerit [aqua vero igni contraria eſt vt contingit ſubſtãtiam ſubſtantiae contrariam eſſe] tranſimus ad minorem quando d. Ar. ꝙ differentiae sunt contrarię intelligitur. id eſt sunt diuerſę diſperate, & diſconueniens, veluti rationale, & irrationale ſunt duae differentię, quae non ſunt contraria licet ſunt diuerſae quoniam ſi eſſent contrariae deſtruerentur modo videmus ꝙ rationale conſeruat regit atque gubernat, irrationale; rationalia. n. gubernant bruta illaq; regunt, atque conſeruant iuxta illud Ar. 1. meteororum cap. 2. [eſt autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte ſuperioribus lationibus vt omnis ipſius virtus inde gubernetur] remanet ergo ꝙ cum differentię non ſint contrarię sed diuerſae ꝙ non ſint accidentia ſed ſubſtantiae.

SOLVITVR DVODECIMA RATIO

SOLVITVR duodecima Ratio quae fuit talis quęcunque a logico conſiderantur sunt accidẽtia atqui differentiae à logico conſiderãtur, ergo differentię ſunt accidentia. Pro solutione eſt ſciendum quod quae conſiderantur à logico conſiderantur biſariam, vno pacto, vt sunt primo intellecta, vt homo, & animal, & rationale. Alio pacto vt sunt ſecundo intellectu, vt species, & genus, & differentia quo ſtante dicimus ad maiorem ꝙ omnia quę conſiderantur vt ſecundo intellecta à logico tunc ſunt accidentia ſed ſi conſiderantur vt primo intellecta sunt ſubſtantiae modo & ſi differentia conſideretur, à logico dico ꝙ eſt accidens conſiderata tamen vt eſt secundo intellectũ, id eſt vt differentia eſt, ſed conſiderata vt primo intellectum & vt rationale ſic eſt ſubſtantia, & non accidens. ¶ Sed dices contra nam quaecunque de ſubiecto dicuntur accidentia sunt conſilium eſt Ar. 1. poſt. 33. ſed differentia vt primo intellectum, ſcilicet vt rationale de ſubiecto dicitur, vt dicendo homo eſt rationalis, ergo difficulter quidem ſequitur ꝙ differentia vt eſt primo intellectum, & vt eſt secundo intellectum, & omni modo eſt accidens, & non ſubſtantia. Replica.
¶ Soluitur, & prius eſt notandum quod accidens in doctrina Ar. ſumitur biſariam vno modo vt diſtinguitur contra subſtantiam verbi gratia color adeò eſt accidens qui non eſt subſtantia, alio modo conſideratur accidens in quantum per ſe non exiſtit, ſed per aliud, tunc dicimus ꝙ quando dicit Ar quęcunque de subiecto dicuntur accidentia sunt nõ intelligit ꝙ ſunt accidentia vt diſtinguantur contra ſubſtantiã, ſed sunt accidentia inquantum non exiſtunt per ſe, ſed per aliud, veluti eſt differentia, & alia, iuxta illud Ar. 5 phy. 1. quod per aliud tale per accidẽs tale, ſed differentia exiſtit per aliud, ſimiliter species exiſtunt per primas substantias teste Ar. in cap. de substantia ergo differentia eſt accidens, accidens dico in quantum non existit per ſe, ſed eſt ſubſtantia inquantum diſtinguitur contra accidens.

SOLVTIO DECIMETERTIAE RATIONIS.

Soluitur decimatertia Ratio quę aſſerit nulla paſſio est ſubstantia, sed differentia est paſſio, ergo differentia non est ſubstantia dicimus paſſionem eſſe duobus modis ab Ar. inuentam. Alia enim eſt paſſio ſubſtantialis, alia verò eſt paſſio accidentalis. Qua praehabita paſſionis diuiſione dicimus ꝙ forma, & per conſequens differentia est paſſio substantialis, non autem est paſſio accidentalis vnde ſequitur differentiam potius tranſire in substantiae quam in accidentis naturam.

SOL

ferentiam potius tranſire in ſubſtantię quam in accidentis naturam.

SOLVTIO XIIII. RATIONIS.

SOLVITVR *decimaquarta Ratio, & eſt talis. nullũ quod alteri inhęret eſt per ſe ſubſiſtẽs, ideſt nullum accidens eſt ſubſtantia, ſed differentia eſt accidens ergo differentia non eſt ſubſtantia minor fuit probata quoniam differentia eſt forma, et forma eſt accidens, vt fuit probatum quoniam forma adeſt & abeſt praeter ſubiecti corruptionem. Ad hanc rationem dicimus concedendo maiorem, & ad probationem vltimae minoris reſpondemus ꝙ id eſt accidens quod adeſt, & abeſt pręter ſubiecti exiſtentis in actu corruptionem, modo & ſi forma adſit & abſit à materia prima tamen materia prima non eſt ſubiectum in actu exiſtens, & ſic remanet ꝙ forma, & per conſequens differentia non eſt accidens. ¶ Sed dices contra in promptu enim hęc ſolutio eſt contra Au. in 7. met. com. 8. vbi inquit materia prima eſt per ſe exi-* *Replica.* *ſtens, vnde ſi ideſt accidens, quod adeſt & abeſt pręter ſubiecti per ſe exiſtẽtis corruptionem cũ ergo forma adſit, & abſit pręter materiae primę quę eſt p ſe exiſtens corruptionẽ ergo forma erit accidens et per conſequens differentia quę eſt forma, erit accidens.*

¶ Soluitur & pro ſolutione Nota ꝙ ſubiectum per ſe exiſtens eſt duplex vt legitur apud Ar. Aliud enim eſt per ſe exiſtẽs in actu aliud verò eſt per ſe exiſtẽs *Solutio.* *in potentia quo ſtante dicimus ꝙ materia prima eſt ſubiectum exiſtens p ſe in potentia teſte Au. 7. met. 8. non autem in actu, et ſic replica annihilatur et remanet firma concluſio ꝙ differentia cũ ſit forma non eſt accidens ſed vera ſubſtantia. ¶ Sed aliquis iuuenis dubitabit dicens ſi differentia eſt ſubſtantia (vt* *Petitio.* *probatum eſt,) & vt veritas eſt, qua de cauſa praedicatur in quale? videtur enim quodammodo participare naturam accidentis. ¶ Dicas Verum Nota, ꝙ quemadmodum ex materia & forma fit vnum per ſe* *Reſpõſio* *compoſitum, ſic ex genere, & differentia fit per ſe vna ſpecies, & quoniã ſicut materia in naturali compoſitione contrahitur qualificatur, & perficitur per formas & ſubſternitur formę tanquam ſubiectum, ſic genus perficitur contrahitur, & actuatur per differentias, & ſubſternitur eis ſicut perfectibile ad pficiens, & ſicut ſubiectum ad formam & inde fuit ꝙ modus praedicandi generis fuit in quid, & modus pradicandi differentiae fuit in quale, quia genus prędicatur per modum per ſe ſtantis differentia autẽ per modum informantis & alteri adiacentis, & per modum qualificantis prędicatur, & ideo genus in quid, & differentia praedicatur in quale, & haec eſt cauſa qua ipſa differẽtia pdicatur in quale licet ipſa ſit ſubſtantia vnde ſcias docte lector ꝙ ſubſtantia tripliciter dici poteſt Quędam secũdũ rẽ vt rõnale quod eſt differentia eſt ſubſtantia secundum rem ideſt ſecundum ſuam eſſentiam, & naturam & ipſa met differentia aliquo modo poteſt dici accidens ſecundũ modum quia accidentis modum praedicandi aliquo modo participat Quaedam eſt ſubſtantia ſecundum modum vt ſunt omnia genera & ſpecies de nouem praedicamentis accidentis ſubſtantia dici poſſunt ſecundum modum tantum, nam ſicut animal, verbi gratia & homo de praedicamento ſubſtantiae de ſuis inferioribus in quid praedicantur ita genera, & ſpecies in alÿs praedicamentis de ſuis inferioribus in quid praedicantur, et quia modus praedicandi in quid proprius eſt ſubſtantiae idcirco ſecundum modum illa talia ſubſtantiae dici poſſunt licet ſecundum rem accidentia ſint, & de ſubſtantÿs in quale praedicentur Quaedam eſt ſubſtantia ſecundum rem, & modũ, vt ſunt genera & ſpecies de praedicamento ſubſtantiae verbi gratia animal, & homo ſecundum rem ſubſtantiae ſunt, & etiam ſecundum modum quae de ſuis inferioribus in quid praedicantur, & hanc ob cauſam Ar. 6. top. 1. inquit [eorum quae ponuntur in definitione genus videtur maxime ſubſtantiam ſignificare] quoniam genus eſt ſubſtantia ſecundum rem & modum differentia vero ſecundum rem non ſecundũ modum teſte Alexandro vnde candide lector duas* *Duę concluſiões defenduntur.* *pulchras concluſiones colligere potes quarum. Prima eſt, ꝙ ſubſtantiã eſt accidens. Secunda eſt ꝙ accidens eſt ſubſtantia auctoritate Ar. non obſtante 1.* *Dubitatio.* *phy. 27. vbi inquit quod verè eſt, nulli accidit.*

¶ Sed dices tu pars, et principium alicuius non eſt illud quemadmodũ parietes ſunt partes, & principia domus tamen non ſunt domus, atqui differentia cum ſit forma 2. phy. 28. eſt pars, & principium ſub *Sol tio.* *ſtantia. 1. phy. 65. ergo manifeſte ſequitur ꝙ differentia non eſt ſubſtantia. ¶ Soluitur hęc dubitatio hoc modo primo declarando exemplum inductum quando dicitur ꝙ parietes ſunt partes & principia domus tamen non ſunt domus hoc verum eſt ꝙ non ſunt tota domus compoſita ex illis, à pari quando dicitur quòd pars, & principium alicuius non eſt illud conceditur non eſt illud compoſitum ex eo quod eſt pars, & principiũ, tamẽ eſt aliquod in genere ſuo, differentia eſt pars & principium ſubſtantiae compoſitae ergo non eſt ſubſtantia compoſita ſed nemo negabit ꝙ differentia non ſit ſubſtantia ſimplex, & ſic ſequitur ꝙ differentia non eſt ſubſtantia, et eſt ſubſtãtia ſimplex vt diximus in alÿs, ſed non eſt ſubſtantia compoſita.* *Dubitatio.*

¶ Sed iterum ingenioſus dubitabit dicens quanam eſt *Solutio.* *magis ſubſtantia differentia, an ſubſtantia compoſita? hęc quidẽ dubitatio expoſceret particulare quaeſitum tamen pro nunc. ¶ Soluatur hoc pacto prius tamen praehabita Ar. ſententia 2. met. tex. 4. clarius 1. poſt. 15. nec non Au. 1. poſt. 10. & 2. phy. 4. Semper propter quod unumquodque tale & illud magis, ſed compoſitum eſt in actu ſubſtantiali & dicitur ſubſtantia propter formam quae forma eſt differentia ergo ipſa differẽtia magis dicitur ſubſtantia et dignius meretur hoc nomẽ quam compoſitum hęc ſolutio eſt Au. 2. phy. 4. quae non patitur contradictionem.*

¶ Sed peritus aliquis acriter inſtabit probans cõpoſitum eſſe perfectius forma ſeu differentia & per conſequens dici magis ſubſtantiam ipſum cõpoſitũ quam differentiam hac ratione motus nam. d. Ar. 2 phy. 31. id enim cuius gratia, optimum, & finem vult eſſe, ſed materia, & forma ſunt propter compoſitum 2. de

anima 37 inquit Au. ꝙ anima et corpus ſunt propter corpus animatum: ergo compoſitum erit perfectius, & magis ſubſtantia quam forma, & differentia.

Cōfirmatio. *¶ Confirmatur.12.met.15.ait Au. ꝙ compoſitum eſt maioris nobilitatis quam materia, & forma, ergo ſequitur ꝙ ſolutio aſſignata ſit falſa & remanere videtur ꝙ compoſitum dicat maiorem nobilitatem & ſubſtantiã quam forma, & differentia.* *Cōfirmatio.* *¶ Confirmatur ex Ar. in prædicamentis cap. de ſubſtantia vbi, inquit primam ſubſtantiam eſſe proprie, principaliter, & maxime ſubſtantiam ſequitur ergo ex his differentiam non eſſe magis ſubſtantiam quã compoſitũ immo totum oppoſitum. ¶ Soluitur & pro ſolutione eſt*

Solutio. *Notandum ꝙ legitur apud Ar. ſententias & maxime 2.poſt.48.2.phy.27.1.de partibus animaliũ cap.1.necnon 5.met.cap de principio & 2.phy 70. & 1. de gen.& corrup.14. cauſarum genus eſſe quatruplex ꝙ confirmat 1.de generatione animalium cap.2. necnon in libro de ſomno.& vigilia cap.3. Prima.n. cauſa eſt materialis ex qua res fit 1.phy.82.2.phy.10.5 met.cap.de principio 5.met.cap.de ex aliquo. Secunda cauſa eſt, cauſa formalis qua res eſt 7.met.60. Ar. & propter quam res eſt. 7.met 37. 8.met.12.2.poſt.48. Auer. Tertia cauſa eſt, cauſa efficiẽs quæ eſt principium vnde motus 5.met.cap de ex aliquo, Quarta & vltima cauſa eſt, cauſa finalis, quae cauſa finalis eſt duplex.2.de anima 34.& 37. necnõ 2.phy.31.& 2.met.8. Quidam eſt finis gratia cuius, et quidam eſt finis cui, quo ſtante dicimus ꝙ finis qui eſt nobilior ordinatis ad finem, eſt finis gratia cuius non autem eſt finis cui, pręcipua quando ordinatũ ad alem finem, ordinatur ad perficiendum illud, & non vt perficiatur ab illo ſic forma & materia ſunt propter ſubſtantiam compoſitam, tanquam propter finẽ non cuius gratia, ſed cui, & ita.d. Aue. manifeſte ꝙ anima & corpus ſunt propter corpus animatum; & forma non ordinatur ad compoſitum, vt perficiatur à compoſito, ſed vt perficiat illud, et ideo forma ſeu differentia eſt perfectior illo, & quando dicit Au. quod compoſitum eſt magis ens, & magis ſubſtantia quam forma intelligitur hoc pacto videlicet ſecundum famoſitatem veluti clarè ſe exponit.2.de anima 3. vbi aſſerit quod corpora compoſita, habent hoc nomen ſubſtantia magis proprię, ſecundum ꝙ eſt magis famoſum, veluti etiam dixit Au.2.met.16.ꝙ generabilia, & corruptibilia ſunt magis naturalia ſecundum famoſitatem. quam corpora æterna, & ad inſtantiam vltimo adductam dicimus ꝙ Ari. in praedicamentis non comparuit ſubſtantiam compoſitum ad formam, ſed ad ſubſtantias ſecundas. ¶ Vnde ſi quæres ab Ar. ſubſtantiarum, quæ dicuntur proprię principaliter, & maxime ſubſtantiæ?* *Petitio.* *¶ Reſpondet dicens primæ ſubſtantiæ dicuntur propriæ principaliter & maxime ad differentiam ſecundarum ſubſtantiarum ſcilicet ſpecierum, & generum, quę ideo dicuntur proprię principaliter, & maxime ſubſtantiæ quoniã omnia alia vt ſunt ſecundæ ſubſtantię prædicantur de ipſis aut ſunt in ipſis veluti ſunt accidentia.* *Reſpõſio* *¶ Vel aliter dici poteſt ꝙ forma eſt magis ſubſtantia quã compoſitum quo ad eſſentiam, ſed compoſitum eſt magis ſubſtantia quam forma quo ad ſubſiſtentiam, hæc ergo ſunt optime iudex argumenta pro vtraque parte, hæ ſunt argumentorum ſolutiones ſumptæ ex viſceribus Ar. & Auer. vnde ſole clarius apparet differentiam, non eſſe accidens, neque medium inter ſubſtantiam, & accidens, ſed eſſe ſubſtantiam immo magis ſubſtantiam quam compoſitum quæ omnia quomodo intelligantur videre potes, legas & relegas antequã mordeas verum morſus non curo, quoniam quæ ſunt dicta à nobis Primũ quod magis placet, ſantiſſimæ fidei, non contradicunt vt credo, ſecundò, non ſunt cõtra Ar. dogmata, ſed potius ab illis deſumpta, Tertiò ſapiunt veritatem, quid reliquitur aliud nõ, niſi tu inuide vt iniquo morſu quo me mordere quæris te ipſum mordeas. laus ergo Deo Glorioſo dirigenti noſtrum intellectum ad ueritatem, & quæſiti finem.* *Alia ſolutio.*

Laus Deo, ſuæque Matri Mariæ ſemper Virgini.

FRANCISCI ANTONII EVCHARILLI LAVELLITANI Viuoli Diſcipuli ad Illuſtriſsimum atque Reuerentiſs. Cardinale Aſcanium Columnam

DISTICHON.

HAEC Hylari quæſo, capias munuſcula fronte,
Sinq; puſilla licet: non renuenda tamen.

DONNI VINCENTII GALTERII ROCCANI
Monachi Montiſuirginis Viuoli diſcipuli, ad
lectorem Carmen.

VIVOLVS à viuis, Viuo celebrabitur ore:
Tempore quo viuet: Viuolus altus erit
Eſt hic Ariſtotelis, Logices, ſophiæq; fidelis
Interpres, rarus Viuolus eximius,
Hoc duce quàmprimùm, iuuenis tu doctus abibis:
Hunc videas, tractes, percipiasq; libens,
Hunc Deus aſtrigeri, genuit regna tot olympi;
Splendidiora forent, ſecula noſtra quidem.
Hunc meus innumeris, dum ſpiritus oſſa tenebit,
Laudibus ad coeli, ſydera coelſa feram.
Cui precor in cineres, vbi flamma reſoluerit orbem;
Optatum in ſupera ſede tenere locum.

Imprimatur. *Lælius Seſſa.*
Io. Franciſcus Lombardus.